



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv

Techo, Nicolas

Leodii, MDCLXXIII.

Cap. 16. Iesv-Marianæ coloniæ devastatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38528

Mamalucorum incidentes, nequicquam eos reposcente Vansurkio, vinculis onerati, in servitutem abacti sunt. Paulò post Antonius Vicudus, dux alterius Mamalucorum cohortis, Antonianæ depopulationis invidentiâ motus, nullâ relacestitus, Sancti Michaëlis coloniam ingreditur; quam ut inanem vidit, frenduit, & vicinitatem circum omnem per quatuor in circuitum leucas explorans, quotquot in ea regione remansisse comperit, captivos fecit. Destructis his duobus oppidis, Caavensium, numerosissimæ gentis Socios JESV desiderantis, conversioni opera dati non potuit.

CAPUT

XVI.
JESU - Ma-
rianæ colo-
nie deva-
statio.

JESU - Ma-
rianæ colo-
nie deva-
statio.

Curuba occi-
diuntur.

Maçeta peri-
culum.

Neophytus
maçetatur.

CAPUT
XVII.
Gesta post
depopula-
tionē nar-
rantur.

Aliquet ca-
piti redi-
muntur.

IN TERE A temporis innumeræ trepidantium turmæ ad Jesu-Marianam coloniam confluabant, sanctissimorum nominum oppido, & Simonis Maçeta virtute, quasi asylo, libertatem suam tutature. Frustra tamen; nam nec sacra nomina, nec optimi viri virtus in veneratione perfidis fuere. Emmanuël Moratus, turmæ Mamalucorum præfetus, cognitâ Jesu-Marianorum multitudine, sumptis ex alius latronum cohortibus auxiliariibus copiis, & duobus Tupicorum subsidiariorum milibus, mense Martio jam adulto armatum se Jesu-Marianis ostendit. Primores gentis exploraturi, num palam hostili animo tot cohortes venirent, extra oppidum paululum progressi, catenis statim onerati sunt. Simon Maçeta ubi rem hostiliter agi videt, ad reprimendum quoquo modo posset Sacrorum reverentiâ furem, Cruce manu prætensâ, initiatâ ueste induitus latrones adit; quem contemptui habentes, Indorum deceptorem, vix alutâ & centone teclum, fatuumque appellavere. Circumdabant Patrem optimum nuper in Christo renati filii, & amorem quâ lacrymis, quâ verbis exprimebant: quos inter Curuba, Casiquius potens, filiali confidentiâ apud eum de violentia sibi illata conquestus, ab insigni prædone scelopeti glande transfoditur. Infremuit Simon Maçeta, & homicidam severis verbis pupugit, qui innocentis sanguinis libamento ferox, exerto acinace, Sacerdoti necem intentat. Maçeta verò pulchritæ mortis avidus peccatum illicè denudat, & inclinat caput, seu punctum transfodere, seu cæsim obtruñcare vellet, paratus. Neutrum autem est sacrilegus, minoremque suam ferocitatem Patris magnanimite fassus, ferrum recondit: quamquam in aliis schedis reperio ab prædone acinacis iustum vibratum fuisse, & ope Divinâ in vanum abiisse. Quam rem in medio relinquo. Voluntabatur interim in suo sanguine Curuba, Christianorum Sacrorum adhuc candidatus, qui antequam exspiraret primo militiæ Sacramento initiatus, vix tyro in Cœli capitoliū triumphum duxit. Prædonum interim furore omnia miscebantur. Guiravera cum ceteris oppidi primoribus catenatus; ignobiles manibus post terga revinctis, ceu pecora, abacti, lacraque profanata sunt. Neophytus necem fugiens in ipso amplexu Simonis Maçeta ingenti ipsius discriminè bombardâ ab prædone transfoditur; qui cum audisset inferni pœnas ob tantum scelus sibi intentari, respondit, ob mala opera Fide Christi munitum ab ipso Deo cœlesti gloriâ privari non posse: quod quam falsum sit, plumbeis glandibus alia occasione ante pœnitentiam interfecitus, abunde nunc cognoscit. Ejus cadaver post mortem in lepulchro non repertum, ansam dedit existimandi ab daemonibus cum anima sublatum fuisse.

COGNITO Maçeta periculo, ad eum liberandum ex Archangelorum colonia Petrus Spinosa cum aliquot Indorum centuriis noctu accurrens, scopulo allisus sibi pænè cervices fregit: quo casu tribus horis examinatus ægetrimè deinde convaluit. Trecenti Neophyti ex Sancti Thomæ oppido, Francisco Diastanio comitante, suppetias etiam laturi eò seriùs pervenere: nam prædam abegerant latrones, plus æquo in re pessima solliciti. Nec aliud properatorum auxiliorum lucrum fuit, quam aliquot captivos ex ultimis turmis è vinculis fugientes excepsisse. Diastanus Simonis Maçeta orbitati (nam ex tot capitibus duo tantum adolescentes supererant) diu illachrymatus, horruit ad conspectum destructi oppidi, trucidatorum cadaveribus strati: inter quæ passim occurrabant corpora puellarum, ideo occisarum, quod suo pudori consulere voluissent. Humatis de-

center